

Segnius irritant animos demissa per aures,
 Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ
 Ipse sibi tradit spectator, non tamen intus
 Digna geri promes in scenam: multa que tolles
 Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens.
 Nec pueros coram populo Medea trucidet:
 Aut humana palam coquat extra nefarius Atreus:
 Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem.
 Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.
 Neve minor, neu sit quinto productior actu
 Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi.
 Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
 Inciderit: nec quarta loqui persona laboret.

digniores, quæ intus, domi-
 clam, & post scenam gerantur.
 Erunt igitur ab aliquo actore
 in ipso theatro diserte, & or-
 nate narranda.

Scenis. Theatra, seu illorum
 ornamenta his temporibus fie-
 bant ex arborum ramis, quod
 ista vox, scena, sonat: deinde
 ex aulis, & tabulis confecta
 sunt, denique ex mat more, &c.

Sibi tradit. Videndo, non
 accipit ab aliis, audiendo.

Pueros. Medea filios duos,
 quos ex Jasone susceperat, co-
 ram ipso interfecit. Vide Se-
 nec. in Med. Lib. Epod. Od. 3.

Extra. Viscera. Vide vers. 9.
 supra, & Od. 14. lib. 1.

Progne. Quæ cum Itry fi-
 lium, Tereo marito suo, a quo
 affectam injuriâ sororem suam

Philomelâ cognoverat, come-
 dendum appoiuisset, in hiru-
 dinem est mutata. Od. 1. lib. 4.

Cadmus. Senio confectus in
 draconem mutatus est. Ovid.
 3. metam.

Reponi. Iterum exhiberi,
 quamvis jam spectata fuerit.

Intersit. In scenam induca-
 tur, & per machinam aliquam
 è cælo descendat.

Nisi, &c. Nisi occurrat ali-
 qua actio difficilis, quæ solvi,
 & explicari non possit, quin
 vindex, interpret, & quasi ser-
 vator Deus accedat: qui fa-
 bulam quasi perituram servet,
 vindicet in libertatem, nodo,
 & vinculo soluto.

Quarta. Tres tantum per-
 sonæ loquantur in singulis
 scenis.

189

A 102

Actoris partes chorus, officiumque virile
 Defendat: neu quid medios intercinat actus,
 Quod non proposito conducatur, & hæreat aptè.
 Ille bonis faveatque, & consilietur amicis,
 Et regat iratos, & amet peccare timentes:
 Ille dapas laudet mensæ brevis: ille salubrem
 Justitiam, legesque, & apertis oïa portis:
 Ille tegat commissa, Deosque precetur, & oret,
 Ut redeat miseris, abent fortuna superbis.
 Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque
 Æmula, sed tenuis, simplexque foramine pauco
 Aspirare, & adesse chorus erat utilis, atque
 Nondum spissa nimis complere sedilia flatu.

Actoris, &c. Chorus locum,
 & partes unius actoris tueatur,
 & obtineat, sit instar personæ
 gravis, honestæ, virilis, & cor-
 datæ, neque inter actus aliquid
 canat, quod toti fabulæ non
 appositum sit, quod alienum
 sit ab argumento.

Chorus. Erat hominum mul-
 tudo, virorum, ac mulierum,
 quæ intererat scenæ, & in a-
 ctionem tragicam se interpo-
 nebat. Locum enim ubi tragæ-
 dia exhibebatur, quam vulgo
 scenâ vocamus, statuebant ferè
 Poetæ Græci in aliqua platea,
 seu vestibulo, vel atrio palatii,
 ubi populus frequens adest.

Bonis faveat. Laudet homi-
 nes probos.

Consilietur. Det Consilium.
 Precetur, &c. Viros innocen-
 tes, a peccato abhorrentes.

Brevis. Frugalis, & parca,
 Ori. Subaudi amet, laudet
 pacem commendet, quæ secu-
 ros patentibus urbium portis
 cives præstat,

Tegat. Ne prodatur, ne ape-
 riat arcana sibi credita.

Fortuna. Felix nempe, &
 secunda.

Tibia, &c. Non olim erat
 tibia, ut est nunc, vincta, &
 ornata circulis quibusdam ex
 orichalco factis, nõ erat inges,
 & rubæ par, sed tenuis erat, ac
 ejusmodi, ut aspirare, seu ca-
 nere, & juvare chorum posset,
 audiri que per sedilia, in quibus
 erant spectatores non nimis
 spissi, & frequentes, atque a-
 deo numerari faciles.

Orichalco. Orichalcum est
 æris genus quoddam splendidi-
 dum, & auri fulgorè imitans.

Q 4

Qua

Quod sanè populus numerabilis, ut pote parvus,
 Et frangi, casuque, verecundusque coibat.
 Postquam cepit agros extendere victor, & urbem
 Latior amplecti murus, vinoque diurno
 Placari Geniis festis impune diebus;
 Accessit numerisque, modisque licentia major.
 Indoctus quid enim saperet, liberque laborum,
 Rusticus, urbano confusus, turpis honesto?
 Sic prisca morumque, & luxuriam addidit arti
 Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem.
 Sic etiam fidibus voces crevere severis,
 Et tulit eloquium insolitum facundia praeceps,

Quod. In quem locum, ad
 qua leuilla.

Frangi. Probus.

Coibat. Conveniebat, con-
 fluebat.

Victor. Romanus.

Placari, &c. Postquam ce-
 ptum est vino indulgeri, pota-
 ti de ditte liberius, impune, &
 sine legit metu. Geniù Deum
 putabant esse vitæ singulorum
 hominum præsidem, amantem
 voluptatis, & deliciarum, quia
 filis maxime fovetur vitæ; illū
 placari, & conciliari vino, &
 comestationibus; unde genio
 indulgere, est carere dulcia,
 obsequi animo. Epit. l. lib. 2.

Impune. Aliis enim diebus,
 quam festis, non licebat de die
 convivium celebrare, sed tantum
 sub vesperam.

Numeris. Versibus. Vid. Od.
 4. Lib. 1.

Modis. Cantui, Musicæ.

Saperet. Quæ tenere modū
 posset, an se modeste, ac sapiē-
 ter poterat gerere multitudo
 conflata ex rusticanis, &c.

Motum. Gestus incompo-
 ritos, ac lascivos, saltationem.

Luxuriam. Ornatum elegā-
 tiorum, & supervacaneū, sum-
 ptus, copiam, & luxum in or-
 nandis tibiis, in vestiendis hi-
 strionibus, &c.

Traxit. Cum longa veste,
 quæ syrma dicitur, per pulpita,
 id est, scenam, & locum
 in ea destinatum histrionibus,
 vagatus, & spatiatu est.

Fidibus, &c. Citharis quo-
 que antea gravibus, ac severis
 addita sunt chordæ, ac voces
 novæ, ut foramina fuerunt ad-
 dita tibia.

Et tulit, &c. Facundia, seu
 oratio, quæ olim erat modeste
 elo-

Uilliumque sagax rerum, & divina futuri
 Sordilegis non diserepuit sententia Delphis.
 Carmine qui tragico vilem ceravavit ob hircum,
 Mox etiam agrestes Satyros nudavit, & asper
 Incolumi gravitate jocum tentavit: eo quod
 Illecebris erat, & grata novitate morandus
 Spectator, functusque sacris, & potus, & exlex.
 Verum ita risores, ita commendare dicaces

eloquens, jam præceps, & inci-
 tata protulit, attulit novā clo-
 quentiam; sonantior, & ambi-
 tiosior facta est sententia, seu
 morales sermones, qui à cho-
 ro, & actoribus adhibebantur
 olim ad res utiles sagaciter
 explicandas, & futura prospici-
 enda, ad eam evasit obscura, &
 implexa, ut non diserepnerit,
 ut similis fuerit Delphicis æni-
 gmatibus, quibus oracula sorte,
 id est, in chartis aut tabellis
 sorte, & fortuito, eductis edun-
 tur, & exponuntur.

Delphis. Delphi urbs Pho-
 eidis in Græcia, ubi templum
 Apollinis celeberrimum.

Carmine, &c. Id est, qui
 primus scripsit, & invenit tra-
 gœdiam. Hircus enim, sive,
 ut alii volunt, uter factus hir-
 cino è corio, vino plenus, erat
 præmium illorum, qui tragœ-
 dias scriberent.

Mox, &c. Non ita multo
 post inventam tragœdiam, ad-
 hibuit ejus inventor inter actus

singulos, & nudavit, seu nus-
 dos introduxit satyros, seu ri-
 diculas quasdam personas in-
 star Satyrorum, & aliorum
 ejusmodi agrestium Deorum
 compositas cum auriculis, cap-
 prinis pedibus, &c. quæ risum
 moverent, & asperitatem feri-
 ri, ac severi carminis exhila-
 rant: ita tamen, ut sua ma-
 neret, incolumis, & salva esset
 tragœdiæ gravitas.

Et asper, &c. Et cum esset
 ipse asper, id est, ejus carmen,
 & tragœdia esset seria, & seve-
 ra, tentavit illi sales, & suavita-
 tatem aspergere, &c.

Functus sacris. Defunctus
 sacrificiis, peractis sacrificiis,
 quæ post vindemiam fiebant
 in honorem Bacchi.

Potus. Epulatus, ebrius.

Exlex. Sine lege: erat enim
 magna in illis diebus festis li-
 centia.

Verum, &c. Tamen ita de-
 cebat commendare, laudare, &
 adhibere istos satyros, qui
 sunt

Conveniet Satyros, ita vertere seria ludos;
 Ne, quicumque Deus, quicumque adhibebitur heras
 Regali conspectus in auro nuper, & ostro,
 Migret in obscuras humili sermone tabernas,
 Aut dum vitat humum, nubes, & innivia captes;
 Effutire leves indigna tragoedia versus,
 Ut festis matrona moveri iussa diebus,
 Intererit Satyris paulum pudibunda protervis.

Non ego inornata, & dominantia nomina solum,

Verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amaba.

Nec sic enitar tragico differre colori,

Ut nihil intersit, Davus sine loquatur, & audax

sunt risores, qui jocos delectantur, & dicaces, id est, qui sales, & faceta convicia spargunt; ita oportebit seria mutare, & vestere jocosis, immiscere graviori carmini ludicra spectacula, & carmina, ut quicumque heros, vel Deus fuerit in tragoedia introductus, & paulo ante, v.g. in superiori actu conspectus ostro, & auro indutus, idem non miscatur satyris, aut personam ejusmodi ridiculam agat, ac viles opifices, & tabernarios loquendo imitetur: aut, dum humilitatem sermonis vult fugere, nimium se attollat, elato utatur, & ampullato sermone, instar avis, qui supra nubes tollitur, & inania illa, quae inter caelum, ac terram sunt spatia, captat.

Effutire, &c. Tragoedia in-

digna, quae versus leves effutiat, ac temere, pecculanteque garriat, id est, cujus gravitas abhorret ab verbis jocosis, intererit, verfabitur paulum, id est, raro, cum satyris protervis; idque pudibunda, & ut matrona iussa saltare diebus festis, quod cum gravitate quadam facit. Sententia est, raro Satyros in tragoedia esse admiscendos.

Non ego, &c. Porro in his satyris, seu versibus ridiculis componendis non sectabor, nolim à Poëta præcipue operam poni in adhibendis verbis inornatis, & quibus res obscenae appellentur nominibus dominantibus, id est, propriis: vox enim, *dominans*, Græcè, proprium significat.

Nec sic, &c. Neque tamen in isto Carmine quos Satyros

vul-

Pythias, emuncto lucrata Simone talentum;

An custos, fumulaeque Dei Silenus aivmni.

Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis

Speret idem: sudet multum, frustra que labores

Ausus idem: tantum servis, juncturaque pollet:

Tantum de medio sumptis accedet honoris:

Sylvis deducti caveant, me iudice, Fauni,

Ne velut innati trivis, ac penè forenses,

Aut nimium teneris juvenentur versibus unquam,

Aut immunda crepent, ignominiosa que dicta.

Offenduntur enim, quibus est equus, & pater, & rest

vulgo vocant, si adhibebo sermonem à Tragico sermone differentem, & quasi discolorum, ut idem sit sermo actorum omnium, & personarum Comœdici, & eodem modo in ea loquatur Deus aliquis, v.g. Silenus Bacchi cultos, ac Davus, nempe servus comicus, aut Pythias, ancilla comica, quae talentum dolo abstulerit ab herosuo Simone. Emungere aliquem argento, est locutio Terentiana, pro, auferre, & extorquere per fallaciam. De talenti valore mentio non semel est facta.

Ex noto. Id potius observabo in istis Satyris, & jocos componendis, ut è rebus, & actionibus notis, & vulgaribus fingam aliquid ingeniosè, quod qui audierit, speret, idem se facile facturum, ac si tentet, experieturque, sudaturus sit, atque intellecturus, rem esse opinio-

ne difficultiorem.

Tantum, &c. Noti, & vulgaris argumenti è medio sumpti tractatio jocunda, & elegans fiet propter seriem rerum ipsarum, & coagmentationem ingeniosam fabula.

Sylvis, &c. Cum agrestes personae in scenam inducentur, velut è sylvis deducti, caveant ne tanquam urbani scurræ, & in mediis trivis, se foro nati lasciviant, & excul-tis versibus, ac politulis juvenaliter garriant.

Fauni. Od. 3. lib. 3.

Crepent. Loquantur, ore putido proferant.

Ignominiosa. Contumeliosa.

Quibus est equus, &c. Equites Romani, nobiles, & loquaces. Patrena habere dicebatur, qui erant parente clare, & nobili, cujus nomen saepe in publicis monumentis cum si-

li

Nec si quid fructu ciceris probat, & nucis emptor
 Aquis accipiunt animis, donanturve corona.
 Syllaba longa brevi subiecta, vocatur Iambus,
 Pes citus unde etiam trimetris accrescere iussit
 Nomen Iambis; cum senos redderet ictus.
 Primus ad extremum similis sibi, non ita pridem
 Tardior ut paulo, graviorque veniret ad aures,
 Spondas stabiles in iura paterna recepit
 Commodus, & patiens non ut de sede secunda
 Cederet, aut quarta socialiter. Hic, & in Acci

fili nomine ponebatur.

Ciceris. Est cicer leguminis genus, quo pauperes vescabantur.

Subiecta. Postposita.

Unde etiam, &c. Eo quod Iambus citus, & celer sit, factum est, ut versus Iambi licet senos ictus reddant, sex pedibus consistant, tamen trimetri nominentur, quasi tres tantum mensuras habeant, & duo pedes Iambi pro una censeantur mensura.

Accrescere. Addi, imponi.

Senos ictus. Cum versus metiebantur Rom. & audiebant eorum pedes, singulos pedum plausu, ictuque; aut micantibus, sonantibusque digitis numerabant.

Primus ad, &c. Olim pes Iambus ad prima parte versus, usque ad extremam erat similis sibi, nempe unus, & idem Iambus: totus versus constabat

de meris pedibus Iambis: at non ita pridem recepit initar benigni, & commodi hospitis in iura paterna; in sedes, quas a patre, & inventore suo acceptas tenebat, spondas stabilis, id est; graviores, non ita citos, nempe, ut plus haberet gravitatis, ut tardius, & lentius pronuntiaretur: non ita tamen admisit spondam, ut de secunda sede, aut quarta cederet; ut eas socio, & hospiti suo concederet, sed illas sibi retinuit, semper esse debet Iambus in 2. loco, 4. & 6. aliis sedibus, & locis poni potest spondas.

Stabiliter. Aequaliter nixos, ac firmos, Iambus veluti claudus est, & altera syllaba impar, constans nempe brevis, & longa.

Hic. Pes Iambus.

Acci. Accius, & Ennius veteres Poetae Latini, in scribendo

Nobilibus trimetris apparet rarus, & Ennius
 In scenam missos magno cum pondere versus
 Aut opera celeris nimium, curaque carentis,
 Aut ignorate premit artis ovimine turpi.
 Non quisvis videt immodulata poemata iudex,
 Et data Romanis venia est indigna Poetis.
 Idcirco ne vager, scribamque licenter: an omnes
 Visuros peccata putem mea, tutus & intra

do fuere negligentiores: unde in eorum trimetris, id est, Iambicis versibus senariis, rari apparent Iambi, plures spondas, &c.

In scenam, &c. Legitur vulgo missos: & est sententia: Iambus rarus, qualis est in Ennio arguit illius versus Iambicos tardiores, & quasi spondas oneratos, & condemnat eos operam nimium celeris, id est, ostendit scriptos fuisse nimium festinanter, ac deproperatos, aut ab eo compositos, qui arte poeticam turpiter, & flagitiose ignoraret. Quidam punctum adhibent post voculam Enni, & legi volunt missus; nihil tamen afferunt, cur lectio recepta mutanda videatur, ita sententiam exponunt: versus Iambicus in scenam missus, pronuntiatus in theatro, magno cum pondere, gravitate, & tarditate, quam illi afferunt, videlicet spondas, frequentiores, premit, & arguit scriptores, &

Poetas, damnatque turpi crimine, vel ignorantia, quippe qui autem, & versus leges nescire videantur; vel negligentia, qui operam celerioris, quam par sit, adhibeant, qui iusto citius, & festinatus scribant.

Immodulata. Suis pedibus modulisque carentia.

Vager. Quod se primum obtulerit, arripiam; leges carminum, & quasi vincula neglegam?

An omnes, &c. An ita scribam, ut putem, omnes peccata mea visuros, facile animadverturos, quid peccem in scribendo; tamen parum curam accurate scribere, tutum me existimans, ea spe fore, ut eandem mihi veniam concedant, quam aliis ante me Poetis concesserunt, & eatenus tantum sim cautus, ac diligens in scribendo, quatenus est opus ad obtinendam veniam? qui veniam sperat, debet aliquam adhibere dili-

Spem venia cantus: vitæ denique culpam,
 Non laudem merui Vos exemplaria Græca
 Nocturna versate manus, versate diurna.
 At nostri proavi Plautinos & numeros, &
 Laudare sales: nimium patienter utrumque,
 Ne dicam stultè, mirati: si modò ego, & vos
 Scimus inurbanum lepido seponere dicto,
 Legitimumque sonum digitis callemus, & aure.
 Ignotum tragica genus invenisse Camæna
 Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,
 Quæ canerent, agerent: que peruncti facibus ora.
 Post hunc persona, palleque repertor honesta
 Æschylus, & modicis instravit pulpita tignis,
 Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

diligentia: his enim non ignoscitur, qui omnino vitiose, & negligenter scribunt.

Vitæ, &c. Vbi tamen istas leves pedum versusque regulas observavero, culpam certè effugiam, non idcirco tamen laudem, & præmium merebor, quæ tantillis rebus non debetur.

Vos, &c. Cræci in pedibus versus retinèdis, & adhibendis salibus longè fuerunt nostris Poëtis religiosiores, & sapientiores, eos legite diu, notaque.

Plautinos. Epist. I. lib. 2.

Utrumque mirati Numeros Plauti, seu versus; ac sales seu jocos illiberales.

Si modò, &c. Si quidem ego, & vos, o Pisones, scimus scur-

iles facetias ab lepidis, & honestis distinguere, & meriti versus, eorumque numeros deprehendere.

Ignotum, &c. Thespis Poëta Græcus dicitur primus invenisse camænam, seu carmen tragicum antea ignotum: Tragediæ inventor fuit, & imposuit plaustris rusticos recitantes poemata, & agentes, qui larvæ loco sibi vultum perungebant vindemiæ facibus. Lib. I. Epist. I.

Post hunc, &c. Post Thespim, Æschylus Poëta Græcus, invenit, & dedit suis actoribus personam, seu larvam, & pallam, seu longiorem vestem, honestam: idem theatrum extruxit, & tignis imposuit, cothurnos addidit, & grandiora verba.

Suet.

Succesit vetus his comædia, non sine multa Laude: sed in vitium libertas excidit, & vim Dignam lege regi, lex est accepta, chorusque Turpiter obtinuit sublato jure nocendi.

Nil intentatum nostri liquere Poëte:

Nec minimum meruere decus, vestigia Græca

Ausi deserere, & celebrare domestica facta:

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

Nec virtute foret, clavisque potentius armis,

Quàm lingua, Latium, si non offenderet unum

Quemque Poëtarum lima labor, & mora. Vos ð

Pompius sanguis, carmen reprehendite, quod non

Multa dies, & multa litura coercuit, atque

Succesit, &c. Post Thespim, & Æschylum, Poëta, omnis tragicis argumentis, contulerunt se ad hominum vitia nominatum, & palam carpenda, & in scenam inducenda. Hoc fecit Comædia vetus, de qua Vide Satyram 4. lib. I.

In vitium, &c. Vitiosa evasit licentia dicendi, & in maledicendi consuetudinem lapsa est, tanta cura proccitate, & violentia, ut eam comprimendam esse legibus, homines putaverint. Lata lex, & accepta est, ademptum jus illud maledicendi, & nocendi alienæ famæ, quod cum præcipue faceret Chorus, silere iustus est, sublatus est.

Nil, &c. Poëte Latini versati sunt in Comædia pariter, & Tragedia,

Vestigia, &c. Postquam imitari Græcos desierunt, & omisit argumentis, quæ ab illis erant tractata, Romanas res celebrare versibus ceperunt.

Prætextas. Latinas Fabulas, & Tragedias, in quibus agunt nobiles personæ, & hæroicæ: prætexta enim vestis erat nobilium puerorum, & Magistratum Romanorum: Toga, vestis plebis, & communis. Vnde Fabula Togata Romanam Comædiam hic videtur significare.

Docuere. Egere, scripsere.

Virtute. Bellicæ.

Lima. Limandi carminis, & poliendi.

Pompius sanguis. O Pisones, qui originem ducitis à Numa Pompilio.

Coercuit. Emendavit, correxit.

Per.

Perfectam decies non castigavit ad unguem.
 Ingenium misera quia fortunatus arte
 Credit, & excludit sanos Helicone Poetas
 Democritus, bona pars non unguis ponere curat;
 Non barbam: secreta petit loca, balnea vitat.
 Nanciscetur enim pretium nomenque Poeta,
 Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
 Tonfoni Licino commiserit: o ego laevis,
 Qui purgo bilem sub veni temporis horam!

Ad unguem, &c. Id est, eo usque donec unguis perfectus, sive artificis perfecti, in eo nihil vitii deprehenderit. Ducitur methaphora hæc à marmorariis, qui in poliendis, & jungendis marmoribus ungue superinducto probant opus, & explorant, num juncturae sint probe commissa, num politum rectè marmor sit. Legit Lambinus: *perfectum ad unguem, sive praefectum*. Homines elegantes, & polituli unguis diligenter praefecant: quod ad opus diligenter elaboratum transfertur. Sat. 5. lib. 1.

Ingenium. Quia dixit Democritus, Poetas ingenio magis, quam arte fieri, & valere, & negat, eos Poetas esse fati bonos, qui non tantisper insaniant: hinc fit, ut magna pars eorum, tanquam si essent insani, barbam non tondent, non secent unguis, fugiant hominum consortia, Nimirum iste

vates Triobolaris nomē egregium Poetae se consecutum sperat, si faum caput stultum, & nullo purgandum fati elloboro, non committat tondendum Licino (erat ille tonfoni notissimus Romae.)

Misera. Ars enim suis praecipis homines vexat, & constringit.

Helicone. Mons Bœotiae fuit in Graecia, musis sacer.

Democritus. Philosophus Graecus, & Abdere natus, qui omnia solebat ridere, ut omnia dessebat Heraclitus, alter Philosophus. Epist. 12. lib. 1.

Anticyris. Anteyra est insula in mari Aegæo notissima, ibi frequens nascebatur Elloborum, quo purgantur furiosi, & insani. Strabo duas eo nomine insulas fuisse tradit; alii etiam plures.

O ego, laevis. Næ ego sum parum prudens, qui appetente vere purger, ut bilem excu-

siam,

ceret meliora poemata: verum
 est. Ergo fungar vice cotis, acutum
 adere qua ferrum valet, exors ipsa secandi.
 Munus, & officium nil scribens ipse docebo,
 Unde parentur opes: quid alat, formetque Poetam
 Quid deceat, quid non, quod virtus, quod ferat error.
 Scribendi rectè sapere est & principium & fons.
 Rem tibi Socratica poterunt ostendere charta,
 Verbaque provisa rem non invita sequentur.
 Qui didicit, patrie quid debeat & quid amicis,
 Quo sit amore parens, quo frater amandus, & hospes;
 Quod sit conscripti, quod iudicis officium: qua
 Partes in bellum missi ducis; ille profecto
 Reddere persona scit convenientia cuique.
 Respicere exemplar vite, morumque jubebo

quam nisi purgarem, & ejicere, possem facile insanus, atque adeo praestantissimus Poeta existimari, quamquam nolim hanc praclaram appellationem emere detrimentò valetudinis: non emo tanti Poetam esse: si Poeta non sum igitur, dabo certè præcepta Poetis idonea; instar cotis, quæ acuit ferrum, licet secare ipsa non possit.

Opes, facultas, & copia scribendi.

Sapere. Sapia, mens recta, & sapiens, fons est, & principium bene scribendi.

Rem. Præcepta morum, sententias, suppedabit philosophia.

Socratica. Od. 15. lib. 3.

Verbaque, &c. Vbi materiam scribendi rectè provisa, & comparatam habueris, verba ipsa, & locutiones offerent se spontè.

Conscripti. Senatoris: vocati sunt Senatores, Patres conscripti, jam inde à Bruto, qui post ejectionem Tarquinium, auxit numerum Senatorum, & alios centum ascripsit ad ducentos, quibus jam constabat Senatus.

Respicere, &c. Præcipio illud in primis, ut Poeta imitetur accuratè mores, & vitam hominum quotidianam, ac proinde illam respiciat, & cognoscere studeat, & hinc proprias rerum voces sumat, quibus utatur in scribendo.

Doctum imitatore, & veras hinc ducere
Intera in speciosa l'cis; mo: atque recte
Fabula, nullius Veneris, sine pondere, & arte,
Valdius oblectat populum, meliusque moratur,
Quam versus inopes rerum, nugaque canora.
Græcis ingenium, Græci: ded' ore rotundo
Musa loqui, præter laudem, nullius avaris.
Romani pueri longis rationibus affem
Discunt in partes cenum diducere, dicat
Filius Albani, si de quincunce remota est
Unctis, quid sperat: poteris dixisse, triens; Est
Rem poteris servare tuam. Redit uncia: quid sit?
Semis. Ad hæc animos ærugo, & cura peculi

Interdum. Sæpè fabula festivis jocis ornata, & mores hominum rectè pingens, imitantque, quamquam sit sine alla venere; id est, elegantia, sine pondere; id est, careat sonantibus, & numerosis versibus, &c.

Rotundo, &c. Ornate loqui, eleganter: oratio numerosa, & bene tornata rotunda dicitur, quia figura rotunda, est omnium perfectissima, ac maxime volubilis.

Avaris. Cupidus. Ea causa est, inquit, quare tantam in dicendo gloria assecuti sunt Græci, quia non erat avari pecuniæ, ut Romani, sed laudis, & fame.

Longis rationibus. Implexis supputationibus.

Albani. Cujusdam sceneratoris.

Quincunce. De quinq; uncias.

Superat. Superest, remanet.

Poteris dixisse. Hoc dicit Albani filius. Me interrogas, ait ille: at poteris tu ipse dixisse, superesse trientem, id est, tertiam partem assis, uncias quatuor.

En Hoc ille dicit, qui Albani interrogasse inget. Estq; Græca vocula, significat belle, euge, præclare dic

Rem. Opes.

Redit. Addatur quincun-

Semis. Sex uncia, non pars assis.

Ærugo. Proprie est vitæ & rubigo aris: Avaritia hanc significatur.

Peculi. Pecuniæ. Est proprie peculium pecunia quædã proprio labore parata, præsertim a servo, vel filiofamilias.